Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift



96

Has cogitationes quasi capillos estringe · et altiora te ne
quesieris · quia hic ad plenum cognoscere non poteris · DENTES
eius tuos ame absconde · quia sicut greges ouium · qui ascenderunt
de lauacro · Dentes sunt acuti sensus · qui cibos scripturę exponen
do comminuunt · Greges ouium de lauacro ascendentes · sunt
fideles de baptismo uenientes · qui alios lacte doctrinę
reficiunt · uel bonis exemplis uestiunt · Tonsę autem oues sunt
illi qui omnia pro xpo reliquerunt · Quasi dentes exerunt ·
qui in exponendis scripturis sensus acuunt · uolentes
scire quid in gla posita sint · qui baptisati innocentes
hic ut oues uixerunt · uel omnia pro xpo reliquerunt · Dentes
autem abscondunt · dum sensus ab hac intentione retrahunt ·
et hec in hac uita ineffabilia esse pendunt · Genas quoque
tuas auerte ame · quia sunt sicut cortex mali punici · Bene
punicis malis comparantur sententię de martyribus rube
dine plenę · quia diligenter inuestigant · quid se martyres
in illa uita habeant · Has genas auertunt · dum omnes
sententię de talibus succubunt · quia homini in hac uita
incognoscibilia sunt · Hec omnia ad illos dicta sunt qui
nimio desiderio statum futurę uitę inquirunt · si; in imsi
tate illius pissi a conatu suo deficiunt · Si; hec anagogice
dicta · allegorice eius sunt dicenda · Anagoge respicit
ad unitatem ecclam · allegoria autem pertinet ad ordines
ecclę · Et capillos quoque et dentes et genas designant tres

DENTES SENSUS.

GENE SENTENTIE